



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 9. Sancti in Gallia Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. rudes, & Barbari tantopere dediti erant,
A.C. 511. ut tot Conciliorum mandatis aboleri non
 potuerint.

§. IX.

Sancti in Gallia Episcopi.

Vers. S. Concilio Aurelianensi subscripserunt E-
And. ap. piscopi triginta duo, quorum prio-
Sur. 8. Jun. res quinque Ecclesiis Metropolitanis præ-
 erant, scilicet Cyprianus Burdegalensis,
 Tetradius Bituricensis, Licinius Turo-
 nensis, Leontius Auscensis, Gildardus
 Rothomagensis. Hic idem est Sanctus
 Gildardus S. Medardi frater, qui eadem
 ac ipse die natus, & baptizatus, fertur
 anno 456. Tunc S. Medardus necdum
 erat Episcopus, nam in eodem Concilio
 Aurelianensi Sophronii Episcopi Vero-
 manduensis Antecessoris ejus Nomen
 subscriptum legitur. Licinius Turonen-
 sis, postquam in Oriente peregrinatus
 fuisset, & sacra Loca visitasset, Mona-
 sterium in agro suo Andegavensi ædifi-
 cavit, & postea Abbatialem Dignitatem
 suscepit in Monasterio S. Venantii Tu-
 ronensis, a S. Silvano fundato prope Ec-
 clesiam S. Martini, cujus Discipulus S. Ve-
 nantius fuerat. Vero successit Licinius,
 fuitque inter Episcopos Turonenses ordi-
 ne nonus. Alii Episcopi Concilii Aure-
 lianensis ceteris celebriores sunt S. Quin-
 tianus Rutenensis, cujus ante memini-

mus.

v. Coint. ad
an. 456. n. 8.
494. n. 4. 539.
n. 2.

Greg. X.
hist. c. 31.

Id. vit. Patr.
c. 16.

Sup. n. 4.

mus. Euphrasius Claromontanus, qui eundem Hospitem humanissime exceperat. Lupus Episcopus Sueffionensis, S. Principii filius, & Successor, S. Remigii Frater. S. Melanius Rhedonensis, Eusebius Aurelianensis, & S. Theodosius Antissiodorensis. Inter ceteros Patres Concilii Aurelianensis S. Melanii zelus in refutandis Hæreticis, Fidei puritate, Disciplinæque rigore stabiliendis memorabilis fuit. Hoc ex Concilii Actis, quæ hodie desiderantur, liquebat. Clodoveus maximi faciebat S. Virum, cujus secutus consilia, aliquas Ecclesias fundavit, aut restauravit, Monasteria extruxit, Eleemosynas largissime sparsit, & ad Justitiæ Leges Jus populis dixit. S. Melanius non nullis fulsit prodigiis, & Venetiæ, Patriæ suæ, Incolas, adhuc dum in Gentilitatis tenebris versantes, convertit. Monasterium fundavit in quodam loco, qui *Placitum* dicebatur, & post annum 530. obiit. Ecclesia ipsius Memoriam sexta Jan. & S. Theodosii Antissiodorensis 17. Julii colit.

Sæculum VI.
A. C. 511.

vit. S. Melan. c. 2. ap. Boll. 6. Jan.

c. 4.

Martyr. 6.
Jan. 17.
Jul.

Eusebius Episcopus Aurelianensis Ecclesiam Monasterii, quod Clodoveus, ut sanctis Euspicio, & Maximino faveret, in ipsius Dioecesi fundaverat, dedicavit, cujus Rei occasio hæc fuit. Cum Verodunenses seditionem contra Clodoveum commovissent, urbem obsedit, at-

Sæculum VI. que eodem tempore Firminus Episcopus
A. C. 511. fatis functus est. Obfessi Euspicium

*vit. S. Ma-
xim. Sæc. 1.
Benedict.
p. 582.*

*to. 5. Spicil.
Mabill. de
diplom. p.
463.*

Presbyterum, quem summæ virtutes
commendabant, rogarunt, ut Civium
nomine Regis Clementiam imploraret.
Deprecatus est pro populo Episcopus
successu felicissimo, nam veniam Rebel-
libus impetravit. Rex urbem ingressus
Euspicio Episcopatum destinabat, at vir
Sanctus gravem Senio ætatem objiciens
persuasit Fidelibus, ut eligerent Vito-
num, nepotum suorum unum, tres enim
habebat, erantque duo reliqui Lupus,
postea Episcopus Trecentis, & Maximi-
nus. Voluit Rex, ut S. Euspicius sibi
Aureliam eunti comes esset; consensit
Sanctus, ea conditione, ut Maximinum
Nepotem infirmæ Senectutis solatium
viæ comitem acciperet. In illa Regio-
ne Rex eidem Prædium, quod *Micy* di-
cebatur, duabus Leucis Aurelia distitum,
donavit, ut Monasterium ibi ædificaret
consentiente Episcopo Eusebio, qui illam
Ecclesiam in honorem S. Stephani con-
secravit, simulque Maximinum Diaco-
num ordinavit. Non multo post hæc
tempore cum S. Euspicius finem suum
appropinquare sentiret, rogavit Episco-
pum, ut Maximinum Presbyterum crearet,
& eidem Benedictionem Abbatum tri-
bueret. Fecit Episcopus, quod rogaba-
tur, & post modicum temporis spatium
S. Eu-

S. Euspicius mortalitatem exiit. Ex Sæculo VI. A.C. 511.
 hoc Monasterio multi Viri illustres pro-
 diere: Quales erant Avitus, Theode-
 mirus, Carilefus, seu Calais, Letus, seu
 Lius, Dulcardus, Viator. S. Maximi-
 nus e vivis abiit circa annum 520.

Rex Clodoveus fatis functus est eo- Greg. Turc
Lib. II. hist.
c. ult.
 dem anno; quo Concilium Aurelianen-
 se celebratum, quinto post pugnam ad
 Voliacum, Regni sui trigesimo, ætatis
 quadragesimo quinto, a Morte S. Marti-
 ni 112mo nempe Christi 511. Obiit
 Parisiis, atque in Ecclesia SS. Apostolo-
 rum, quam ædificabat, sepultus est.

§. X.

Turbæ Schismaticorum in Oriente.

In Oriente Concilii Calcedonensis Ad-
 versarii necdum fecerant Turbarum
 finem. Anastasius Imperator a Xenaja, Theoph. p.
129.
 Factiosisque, excitatus, anno Regni sui
 decimo octavo, Jesu Christi 508. Fla-
 vianum Patriarcham Antiochenum co-
 gere statuit, ut Zenonis Henotico sub-
 scriberet. Flavianus convocata Synodo
 Episcoporum ex Provinciis sibi subjectis,
 prolixam dedit Synodalem Epistolam,
 in qua tria Concilia Nicenum, Constan-
 tinopolitanum & Ephesinum se recipere
 profitebatur, nulla de Calcedonensi fa-
 cta mentione. Diodorum Tarsensem, &
 Theodorum Mopsuestensem condemna-
 bat,